



Judicet ergo precor de te sic candida Noris
Praxin ut ad Sacram Te vocet ista brevi.

*Hæc Clarissimo atque Eruditissimo Domino AVCTORI de
egregio doctrinae specimine Academico cum applau-
su omnium edito gratulatus dedit*

Jo. Adamus Fleſſa, Barutho - Francus,
SS. Theol. Stud. Opp.

Quæ Tua, mi Frater! lassarint tempora cura,
Insigni exemplo lingua manusque probant.
Nam Præjudicia egregiis quam moribus obsint
Præctica, judicium monstrat, amande! Tuum.
Non ergo Præjudicium est, quod quisque putavit,
Artibus ingenium Te coluisse bonis.
Laudibus at nunquam tumeas, ne livida forte
Mens Præjudicii Te insimulare queat.

*Hæc pauca gratulabundus adscripsit
tuus Germanus*

J. G. Ludwig / Phil. Stud.

Cum satis enarrent aliorum carmina laudes,
Atque ipsas cathedræ non reticere queant,
In breve convertam votum mea carmina longa;
Sis semper felix! Hoc TIBI mente precor

*Nobilissime ac Eruditissime DOMINE RESPONDENS Amice
& summatissime, cui festinato calamo hæc adjicere volui*

Joh. Ernest. Berneggerus, Ohringa-Hohenloicus.

Eximum specimen doctrinae tradis, Amice!
Ingenium monstrans judiciumque Tuum,
Præctica nam Præjudicia exhibiturus aperte
Moribus observas illa nocere bonis.
Hinc Agnate! feres merita Tu præmia palmae;
Et Tibi Victori jam quoque stabit bonor.

*Paucula hæc Nobilissimo atque Eruditissimo DN. RESPONDENTI
AVTORI Cognato & Amico Integerrimo de edito Erudi-
tionis specimine gratulabundus adjicere voluit*

C. L. A. Daber, Phil. Stud.



Coll. d. ss. A. 4, misc. 36